



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Iustitia Et Iure ceterisq[ue] Virtutibus Cardinalibus

Lessius, Leonardus

Antverpiæ, 1632

10 De gradibus humilitatis & superbiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72459](#)

mouendum cor nostrum. *Omnis caro fons, & omnis gloria cins quasi flos agri*, Isaiae 40. Hæc tria insinuat D. Thomas art. 5. ad 1.

Quartum, Omnia bona, quæ habemus, esse Dei, gratis ab eo accepta, & precariò possessa: unde & aufer illa quando placet.

Quintum, Superbiæ esse vitium diabolicum, & noram eorum qui ad ipsum pertinent, id est, ciuitatis diaboli, qui dicitur rex super omnes filios superbie, Iob 41. Vnde Apostolus 1. ad Timotheum 3. verat ordinari neophytiū; ne in superbiæ elatus in iudicium incidat diaboli: aperte insinuans, superbiam esse diaboli vitium. E contrario humilitas est propria virtus Christi, & corum qui ad Christum pertinent; de qua ete vide D. Augustinum lib. 14. de Citt. cap. 13. vbi docet, duas illas ciuitates, societatem nimirum iustorum & impiorum, & duos ipsarum duces, Christum & diabolum, his notis potissimum, superbiam & humilitate, distingui.

Sextum, Superbiæ documenta; vt, quod Deus superbis resistat, superbos disperdat & humiliat: vt bene explicatur Ecclesiasticus 19. & plurimis constat Scriptura exemplis: vi in Lucifero & sociis, in primis parentibus, in Pharaone, in Dathan & Abiron, in Saüle, in Roboam, in Sennacherib, in Nabuchodonosor, in Holoferne, in Aman, in Antiocho, in Herode, &c. Item quod diuinæ inspirations impedit, & cetera, quæ superbiæ insinuauimus, de quibus videri potest Cassianus libro 12. capite 27. Tantum enim malum est superbia, vt Deus ad illam curandam permittat interdum hominem cadere in alia peccata, vt agnita sua miseria humilietur. Vnde D. Augustinus loco citato, *Audeo, inquit, dicere, superbis esse utile cadere in aliquod aperitum manifestumque peccatum, unde sibi displaceant, qui iam sibi placendo ceciderant.* salubrissimum enim Petrus sibi displacevit quando flent, quam sibi placuit quando præsumpsit. Hoc dicit & sacer P. Falinus: *Impie facies eorum ignominia, & querant nomen tuum Domine.*

Septimum, Exercitium operum humilium: contraria enim contrariis optimè curantur. Vide Casianum suprà cap. 32. & 33.

D V B I T A T I O X.

De gradibus humilitatis, & superbie.

D. Thomas q. 161. art. 6.

⁷²
Tres gradus humilitatis ex parte obiecti cui.

Gradus humilitatis variis modis assignari possunt. Primo, Ex parte obiecti, cui ipsa se subiicit, sic Glossa in illud Matth. 3. *Sine modo, sic enim decet nos implere, &c.* constitutus tres gradus. Primus est, Subdere se maiori, & non præferre se æquali. Secundus est, Subdere se æquali, nec præferre se minori. Tertius est, Subiicere se minori. Primus, inquit, est sufficiens; secundus abundans; in tertio est omnis iustitia. Per primum subiicimus nos omnibus Superioribus tam secularibus quam Ecclesiasticis, debitam obedientiam illis præstantes. Cum æqualibus vero socialiter & æquabiliter vivimus, nolentes illis præferri, aut maiores videri, nec ad nostrum sensum aut modum eos pertrahere.

Per secundum ita nos æqualibus subiicimus, vt eos nobis in animo præferamus, eos honoremus,

honoriatorem locum libenter concedamus, & facile in rebus honestis nos ipsis accommodemus.

Per tertium præponimus nobis inferiores, tum interius in animo; tum etiam exterius, quando id decorè fieri potest, libenter profitendo illos nobis doctiores, sanctiores, &c.

His opponuntur tres gradus superbie. Primus *Tres gradus* est, Præferre se minoribus, non simpliciter, sed *dous superbiæ* vel *superbiæ* & contempnu, quasi nihil sint *rebus his opere*. Speculum nostrum, vel indigni quibulum agamus. Secundus est, Præferre se æqualibus, nec posse cum eis pacificè vivere, nisi ipsi se nobis in omnibus accommodent. Tertius est, Præferre se etiam majoribus, vel saltem illis se æquare: vt si diaconus velit præcedere presbyterum, presbyter Episcopum, discipulus magistrum.

Secundo, Assignari poslant humilitatis gradus ⁷³ iuxta naturalem ordinem actionum, quibus ad perfectissimum humilitatis actum ascenditur. Hoc modo à D. Anselmo lib. de Similitudinibus à cap. 99, usque ad 108. ponuntur septem gradus, quos sigillatim ibidem explicat.

Primus est, Cognitio sui, nimirum quoad pecata & defecatas culpables. Hæc cognitio est ^{Septem gradus humilitatis} fundatum, vt supra ostensum est. Secundus est, Dolor de suis peccatis, & imperfectionibus. Tertius est, Confessio illorum; nempe, ^{ex parte functionibus} non solùm in Sacramento, sed etiam cum rogatur à Superiori, & alias quando ratio dicatur. Nolle enim culpan fateri, signum est arrogantiæ. Quartus, vt non solùm fateamur nos peccasse, sed vt etiam velimus id ab aliis credi. Quintus est, Ut patienter feramus hoc de nobis dici. quidam enim semetipsos satis iudicant, inquit Anselmus, & culpam fatentur; sed ferre nequeunt vt tale quid ab aliis dicatur, vel ab aliis vituperentur. Sextus, Patienter ferre se pro sua culpa contemptum tractari, vel puniri. Septimus est, Desiderare culpam in nobis vindicari, & de eo gaudere. Ille enim perfectissime pro culpa se humiliat, qui non solùm se culpabilem & dignum punitione fatetur, & permane fine murmuratione instinct; sed etiam ipsam punitionem amat.

Gradus superbie his aduersi, contrario modo ^{Septem gradus humilitatis} sunt statuendi. Sicut enim bonum procedit construendo, ita malum destruendo: id autem quod in superbie illa constructione est ultimum, in destructione est primum: v. g. in domo construenda, à fundamento proceditur ad culmen; in destruenda, à culmine ad fundamentum. Itaque primus gradus est, Etiam si constet de peccato, nolle tamen ob id puniri. Secundus, Impatienter ferre punitionem. Tertius, Impatienter ferre si ab aliis dicatur te delinquisse. Quartus, Agere vt alij non credant te peccasse. Quintus, Si nolis fateri, præfertim Superiori, tuam culpam. Sextus, Nullum signum doloris ostendere. Septimus, Si peccatum tuum defendas tamquam bonum factum.

Tertio, Statu possunt secundum ordinem, quo ⁷⁴ humilitas ab interioribus ad exteriora progressus, etiammodum moderatur animum in majoribus, nes exercitio deinde in minoribus, donec ad minima quæque tiorum pertingat. Hoc modo D. Benedictus in Regula quiritur. cap. 7. duodecim gradus disponit. Primus est, Dei timorem habere præ oculis; & memorem esse omnium, quæ ipse præcepit. Secundus est, Delictari implere non suam voluntatem, sed diuinan. Terminus est, Pro Dei amore, omni obedientia se sub-

se subdere maiori. Quartus est, In duris & asperis non recedere ab obedientia, sed amplecti praeſidium patientiae. Quintus est, Praeſas cogitationes, & malam à ſe in occulco commiſſo, humiliter Superiori confiteri. Sextus est, Ad omnia ſe indignum & inutilem iudicare. Septimus est, Omnibus ſe inferiore & viliorem non ſolum lingua pronuntiare, ſed etiam intimo cordis affectu credere. Octauus, Accommodare ſe communī regula, singularitate vitata. Nonus est, Seruare taciturnitatem viſque ad interrogationem. Decimus, Non eſſe facilem aut promptum ad riſum. Undecimus, Paucā verba & rationibilia loqui, non clamora voce. Duodecimus est, Non ſolum corde, ſed etiam corpore humilitatem ubique praefere, in clinato in terram aspectu.

**Ratio iſo-
rum gra-
dum.**

75 Ratio horum graduum est: Ad perfectam humilitatem, praeritum Religiosorum, de qua in Regula D. Benedicti est sermo, tria requiruntur. 1. Ut hominem bene ſubijciat Deo, quod fit 1. Per Dei timorem: qui eſt primus humilitatis Christiana gradus, omnibus maximè necessarius, ut pote totius vita Christiana fundamentum. 2. Per ſtudium implendae non ſuę, ſed diuina voluntatis: quod fit gradu ſecundo. 3. Ut hominem faciat bene ſubditum ſuis Superioribus, quod fit quatuor gradibus ſequentibus. Primum enim oportet ut Superiori ſuam voluntatem per obedientiam ſubijciat, quod fit tertio gradu. 4. Ut in hoc, quod ſemel Deo & Superiori promiſit, fit firmitas; ita ut propter dura & aspera ab obedientia non recedat: quod fit gradu quartu. 5. Ut etiam in ceteris, quae ad conſentiam pertinent, à Superiori, tamquam Dei locum tenente, dirigi velit: ad hoc eſt gradus quintus, quo quis arcana conſcientiae ſuę illi vult patefacere. 6. Ut medicinam à Superiori adhibita humiliter excipiat, & teruet; nec ſua prudētia aut industria in via ſpirituali viſlo modo fidat, quod fit, ſi defectibus ſuis bene expenſis ſe ad omnia indignum & inutilem iudicet: qui eſt gradus sextus. 7. Requiritur ut bene illum ordinet ad proximos, tum quoad internam aſtimationem: quod fit gradu septimo, dum quis ſe omnibus viliorem ex animo credit: tum quoad externam conuerſationem: quod fit Quinque gradibus ſequentibus, quibus exteriora noſtra ad humilitatem formantur. 1. In accommodando ſe in ijs, quae vitam communem attingunt, ceteris, & vitanda singularitate. 2. In taciturnitate & ſeruando ſilento. 3. In vitando riſu, & aliis incepta laetitia signis. 4. In vitando multiloquio, & elatiore voce in loquendo. 5. In modeſtia affectu. Paulò aliter hæc explicat diuus Thomas, ſed non nihil intricata. noſtra explicatio conſentit omnino cum ea, quam inſinuat D. Bernardus gradu 10.

**Gradus u-
perbia 12.
illius oppo-
ſiti.**

76 Idem D. Bernardus, tructu de gradibus humilitatis, conſtituit duodecim gradus ſuperbiae, praedictis humilitatis gradibus directe oppositos, quos etiam pulcherrime explicat. 1. eſt Curiositas. 2. Leuitas animi. 3. Incepta laetitia. 4. Laetitia. 5. Singularitas. 6. Arrogantia. 7. Praeſumptio. 8. Defenſio peccatorum. 9. Simulata confeſſio. 10. Rebellio. 11. Libertas peccandi. 12. Conſuetudo peccandi. Procedunt autem hi gradus contraria ordine, nimurum humilitatis aedificium deſtruendo, ob causam ſupradictam. unde pri- muſ opponitur duodecimo, cumque euerit; ſe-

cundus vndeclimo; tertius decimo; quartus nono; & ſic deinceps.

Primus eſt, *Curiositas*; quæ conſtitit in hoc quod quis huc illuc vago adspicere circumſpiciat, cupidus omnia videndi & audiendi. Si videris, inquit Bernardus, monachum, de quo prius bene conſidebas, ubicumque ſtat ambulat, ſed oculis incipientem vagari, caput erectum, aures portare ſuſpenſas; ē moribus exterioris hominis interiorem immutatum agnoscas. Adfert exemplum Dina, quæ ſua curiositate perdidit virginitatem.

Secundus eſt, *Leuitas animi*. Hæc in eo conſtitit, quod quis ſit facilis ad iudicandum de alio- rum factis, & ad ſuam ſententiam de illis proferendam; ad quiduis effundendum, ad facilem aliis contradicendum; ad ſua fine fine tuenda. Vide de hoc pulcherrima apud D. Bernardum.

Tertius eſt, *Incepta laetitia*. Nascitur ex proſpe- 3. *Incep-
ratis ſucessibus, & ex eo quod homo non conſide-
rat ſua mala, ſed ſolum bona, lata, & ſue vanitati latitia.* conſentanea. Illum, inquit Bernardus, qui eis ſmodi eſt, aut numquam, aut raro gentem andies, aut lacrymantem videbis; in signis ſcurritas, in fronte hilaritas, vanitas apparet in incessu. Pronus ad iocum, facilis ac promptus in riſum, &c. Deinde dicit eum eſſe ſimilem veficæ vento inflata, quæ punc- to perforata dum ſubinde stringitur, variis cre- pitus emittit, &c.

Quartus eſt, *Iactantia*. Qui ad hunc gradum 4. *Iactan-
tia*. concordit, plenus eſt sermonibus, inquit Bernar- dus, & coarctat eum ſpiritus vici ſui. Eſerit & ſint auditores, quibus ſuas ſacrificet vanitatis, quibus omne quod ſentit, effundat, quibus, qualis & quantum ſit, innotescat. Inuenta autem occaſione loquendi, ſi de literis ſermo exoritur, vetera proferuntur & noua, volant ſententias; verba resonant ampalloſa. Preuenit interrogantem, non querantur reſpondet ipſe querit, ipſe ſoluit, & verba colloctoris imperfecta praefindit, &c. Eodem pertinet, libenter de ſuis rebus, quæ aliquam admirationem vel commendationem habere videntur, loqui vel audire.

Quintus eſt, *Singularitas*; cum ſcilicet aliquis 5. *Singu-
laritas*. agit aliqua vltra communia, ut p̄a ceteris aſti- metur. Huc pertinet, teſte Antonino p. 2. tit. 3. cap. 3. §. 8. ſi in ſermoni utrius verbiſ peregriniſ & obſcuriſ; in diſputatione nouas ſecteris opinioneſ; in traſlatione cum aliis de rebus agendis, diſcre- pes à communī iudicio aliorum, ut aliis doctiōr, ſubtiliōr, prudenter videare.

Sextus eſt, *Arrogantia*; quia quis ſibi plura tri- 6. *Arro-
gantia*. buens quām habet, aliis ſe p̄aſtantiorē aſtimat. Scientiā, virtute, nobilitate, aliave re, quæ inter homines ſit in pretio. Hic quidquid de ſe laudatum agnouerit, non ignorabit aut benevolentiā laudatoris, ſed ſuis meritis adſcribit.

Septimus eſt, *Praeſumptio*, quia quis ad omnia ſe 7. *Praeſum-
pſum* parent aſtimat, & multa ſupra vires audet. Qui dicit, inquit D. Bernardus, alijs ſe precellere putat, quo modo non plus de ſe quam de alijs praefumat? Primus in conuentibus reſidet, in conciliis primus reſpondebat, non vocatus accedit, non miſſus ſe intronimittit, reordenat ordinata, reficit facta. Quidquid ipſe non fecerit aut ordinauerit, nec recte factum, nec pulchre exiſtimat ordinatum, iudicat iudicantes, praefindicat iudicaturis.

Octauus eſt, *Defenſio peccatorum*. ſub qua etiam 8. *Defenſio
peccatorum*. friolas exclamationes, quas ptoaciter quis pra- peccati. tendit, intellige. Multis vero modis, ut inquit Ber-

nardus, sunt excusationes in peccatis. aut enim dicit, qui se excusat, Non feci: aut feci quidem, sed bene feci: aut si male, non multum male: aut si multum male, non mala intentione.

9. Simulata confessio-

Nonus est, *Simulata confessio*, nempe cum quis manifestus peccati vel conuictus, & videns excusationi non esse locum, fatetur delictum, & etiam fortasse exagerat, pia se ferens magna signa doloris & emendationis, ut has ratione exsiftetur humilis & verè poenitens. Gloriosa enim res humilitas, qua ipsa quoque superbia palliare se appetit, ne vilescat. Hæc hypocritis sic detegitur: *Cuius simulata confessio est*, inquit Bernardus, una vel leui consumelia, vel exigua pena interrogans, iam humilitatem simulare, iam simulationem dissimulare non potest: murmurat, frendet, rascatur: nec in quarto stare humiliatis, sed in nonum superbia gradum corruisse probatur.

10. Rebel-

lius.

Decimus est, *Rebellio*, id est, nolle Superioribus obedire, mandata eorum paruipendere. Oritur hic gradus ex priore: ubi enim simulatio penitentia reiecta fuerit, videns se hac ratione non posse honorem suum tueri, ad impudentiam se conuertit, & tanto deterius, quanto desperatus in decimum gradum Rebellionum corruit: quique prius latenter arrogans fratres contemperat, iam patenter inobediens etiam magistrum contemnit.

11. Liber-

tas peccan-

di.

Vnde此 est, *Liberitas peccandi*. excusso enim Superioris, quem timebat, iugo, & fratribus, quos reverebatur, remotis, quanto securius, tantò liberiùs sua desideria impler.

Duodecimus est, *Consuetudo peccandi*: cum quis reiecto penitus Dei timore, in omne genus peccati se precipitat, & in eo continuat, donec eum prava consuetudo penitus constringat. *Postquam*, inquit Bernardus, *terribili Dei inasco, prima flagitia impunitas sequitur, experta voluptas libenter repetitur, repetita blanditur, concupiscentia renuntiatur, sopia ratio, ligat consuetudinē, trahit miser in profundum malorum, traditur captiuus tyranni di vitiorum, ita ut carnalium voragine desideriorum absorptus, sua ratione diuinique timoris oblitus dicat inspiens in corde suo, Non est Deus. Qui plura de his desiderat, videat D. Bernardum. Hoc solùm addam, istos duodecim gradus posse ad tres reuocari. nam in sex primis est contemptus fratrum; in quatuor sequentibus contemptus Superioris; in duobus postremis contemptus Dei; ut notat idem Bernardus gradu 10.*

D V B I T A T I O X I .

De studiositate & curiositate.

D. Thomas q. 166. 167.

77
Studiof-

Materi-

eius.

Studium.

STUDIOSITAS est virtus secundum diuum Thomam, quæ affectum & studium cognoscendi iuxta rectæ rationis normam temperat. Proxima huius materia non est ipsa per se cognitio; (hæc enim non est libera, nec eget illa moderatione ut in se sit qualis esse debet) sed studium cognoscendi: hoc enim est actus liber, elicitus vel imperatus à voluntate, & rationis moderatione indigenus ut sit actus virtutis. Nam studium cognoscendi nihil est aliud quam vehemens animi applicatio ad aliquid cognoscendum; quæ applicatio

fit per voluntatem. huius enim est reliquias potentias, quarum liberum est exercitium, ad suas functiones applicare, iisque ad suum finem ut. In ista autem applicatione duo actus continentur; affectus sciendi, & conatus. Affectus est in voluntate, & vocatur vsus actius: nam per ipsum velle, potentia aetiu applicatur. Conatus, in ipsis potentiarum cognitione, & dicitur vsus passiu vel formalis; quo ipse potentia intrinsecè & formaliter applicatur ad suum opus. Nihil enim est aliud quam ipse actus cognitionis, vel certe productio eius, ut voluntati subest: ut colligitur ex 1. 2. quest: 16. art. 1. Itaque studium hoc loco continet & vnum actuum, quo voluntas aetiu potentias cognitionis ad suas functiones applicat; nimurum oculos ad legendum, aures ad audiendum, phantasiam ad imaginandum & apprehendendum, intellectum ad considerandum & iudicandum: & vsum passiu, nimurum actus istarum potentiarum vel actuum productiones, ut usus actius substant, ab eoque dependent, & moraliter informantur; hi enim propriè studium dicuntur.

Officium igitur huius virtutis est, Primo, Mo- 78 derari appetitum sciendi, ut quis non velit plura officium huius vir- tutei. aut altiora scire, quam ipsius conditioni & capaci- citati conueniat; nec plus faciat scientiam, quam oportet, præponendo illam virtutem, aut rebus ad salutem necessariis; sed ut illam estimet & amet in suo gradu.

Secundo, Moderari ipsum studium, & cona- sum animi in acquirenda scientia, vela vtenda, rectæ rationis regulam illi imponendo; nimurum ut studeamus ea diligentia, qua oportet, & eo fine, quo oportet, & illis rebus, quibus oportet, illis adminiculis, illis etiam locis & temporibus, qui- bus oportet.

Tertiù, Non solùm refranare affectum & moderari studium; sed etiam interdum vtrumque impellere & incitare: nempe quando quis ob laborem coniunctum, studium sibi necessarium vel congruum refugit, vel in eo languide se gerit, vel si congrua adminicula non adhibeat. Et quia hoc plerique accidit, plures enim in rebus necessariis vel utilibus addicendis deficiunt, quam excedunt, ideo hæc virtus potius ab impellendo, quam ab refranendo dicitur.

Ex his colligitur, hanc virtutem, qua parte re- 79 franat affectum ne nimium in scientiarum stu- Eft annexum dium feratur, annexam esse temperantie; cuius imperan- munus est moderari affectum ne nimium in volu- tie, & que- ptates corporis se effundat: magna enim est volu- dammoid fortitudini. ptas cognitionis; vnde & omnes homines naturaliter scire desiderant, Aristotele teste: itaque oportuit hunc affectum aliqua virtute temperari & veluti cohiberi, ne modum excedat, quam verò contra laborem impellit, posse reduci ad fortitudinem. Opus enim est aliquo animi robore ad difficultates studiorum superandas; quod robur non debet alteri virtuti assignari quam huic; quia ordinatus sciendi affectus ad illud sufficit.

Studiositati duo viae opponuntur, Curiositas 80 & Negligentia; illa per excessum, hæc per defec- tum.

CURIOSUS generatim dicitur, qui maiorem cu- ram circa rem aliquam inutilem cognoscendam, velefficiendam, vel comparandam admittet, quam ratio postulet, sic dicimus aliquem curiosum in velti-